faciléq in inſidiantiū Dianæ alumnorū manus
incidit, Reges et Ampliſſimi huius orbis theatri
dominatores adulatoribꝫ blandè ſua extollentibꝫ
aures præbentes capiuntur et pereunt. piget
in memoriam reducere Alexandrum Magnum
aliosque his retibꝫ captos, ſolus è ſexcentis,
ut ita dicam, procedat Julius Cæſar, qui
adulatorum ſuorum artibꝫ ſibi ipſi peperit
exitium, quorum linguas ſi nunquam audiviſſet
tutè Romanorum imperium gubernaſſet,
à pernicioſis etenim adulantis linguæ
lenociniis nimium ſublatus divinos honores
arrogabat, arbitrio ſuo faciebat omnia,
hominem ſe eſſe oblitus, in populi invidiam
lapſus, cruentas inſidiatorum manus effugere
non potuit. felix ergo es Alphonſe Aragonum
et Siciliæ Rex qui adulantem linguam
Principum peſtem appellitasti, et interdum
poenis ac cruciatibꝫ affici mandasti. felix
es Octaviane Auguste, qui nullam aliam labem

Lizenz: CC-BY-NC – Zürich, Zentralbibliothek, Ms. D 147, f. 219v – Collection of oratory practice pieces in Latin by novices at the monastery of St. Gall, 1660 (http://www.e-codices.ch/de/zbz/D0147/219v)